




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-3396-p0002-8

DFG

QK. 528, 41.

B. M. II, 490



DISCURSUS
De
NOVELLARUM,
quas vocant
Neue **S**eitunge /
hodierno usu & abusu.

Auctore

AHASVERO FRITSCHIO.



JENÆ,
Sumptibus BIELCKIANIS.

ANNO M DC LXXVI.



PRÆFATIO.

Nihil frequentius hodie inter homines , quām querere , audire ,
recensere nova . Omnes fere anguli perstreperi novella-
rum , non raro fictiarum , narrationibus ac vanitatibus .
Cūm verò in hac re abusus sit maximus , placuit de eo pauculis
agere , simulque verum rei usum docere . Benivolus Lector æqui bonig ,
hoc quicquid est , consulat .

INDEX CAPITULORUM.

CAP. I.

De curiositate hominum in audiendis & recensendis No-
vellis .

CAP. II.

Nimiam curiositatem hominum in legendis & audiendis
Novellis vitio non carere , docetur .

CAP. III.

In evulgandis Novellis cautè procedendum esse , adseri-
tur .

CAP. IV.

Novellis non temere esse credendum .

CAP. V.

De pœna eorum , qui vel Novellas fingunt , vel ficticias hinc
inde spargunt .



In Nomine JESU!

DISCURSUS
De
NOVELLARUM,
quas vulgo
Neue Zeitunge
vocant, hodierno usu & abusu.

CAPUT I.

De curiositate hominum in audiendis ac recensendi Novellis.

I.

1. **Q**uemadmodum, ut ait Justinianus Imperator in suis Novellis: *Semper natura novas deproperat edere formas:* ita homines per inquietudinem naturæ fere omnes novitatum sunt amantes. *Quotidie novarum rerum taxatio facile capiuntur, nova adfectant, nova placent, sueta & antiqua sordent.*

II.

3. Sicuti autem nova sensus humanos, scilicet gustum, tactum, visum, odoratum delectant, ita etiam sensum auditus adficiunt maxime.
4. Id confirmat autoritate sua & ipsa experientia Regum sapientium.

pientissimus: Non saturatur, inquit, oculus visu, nec auris auditu impletur. Eccles. cap. 1. v. 8.

III.

Non tamen omnes æquè homines novitatum cupidi sunt, sed reperiuntur, qui præ aliis nova aut dicere, aut ab aliis audire, gaudent.

IV.

Atheniensibus suis hoc vitium gravissimis verbis passim, 6. objicit Orator Demosthenes. Idem in eis reprehendit Evangelista Lucas, in Actis Apostol. c. 17. v. 21. ubi ait: Αθηναῖοι πάντες 7. οὐδὲν οἴετε δῆμον τοῦτον ξένοι, εἰς δὲν ἔτερον εὐκαίρευν λέγειν τὶ οὐδὲν κανότερον. Quæ verba Lutherus ita vertit: Die Athener alle/ auch die Ausländer und Gäste / waren gericht auf nichts anders / denn etwas Neues zu sagen/oder zu hören.

V.

Eodem vitio Gallos laborare, scribit Jul. Cæsar, de bello Gallico Lib. 4. cap. V. verba ipsius sunt: Est hoc Gallicæ consuetudinis, ut viatores etiam invitati consistere cogant, & quid quisque eorum de quâque re audiverit, aut cognoverit, querant, & mercatores in oppidis vulgus circumficiant, quibus ex regionibus veniant, quasquerentes ibi cognoverint, pronunciare cogant; his rumoribus atque auditionibus permoti, de summis saceribus consilia ineunt: quorum eos è vestigio pœnitere necesse est: cum incertis rumoribus serviant, & plerique ad voluntatem eorum facta respondeant. Idem lib 3. scribit: omnes fere Gallos novis rebus studere. Trebellius Pollio in posthumo: Galli novarum rerum semper cupidi: quo nomine levitatem illis nonnulli^{10.} objiciunt, quam tamen refellere conatur Bodinus Method. Histor. c. 5. & l. 5. de Rep. c. 1.

VI.

Quid vero de Germanis nostris dicemus? eorum sane plurimi hodie Atheniensibus & Gallis istis in hac re similes sunt; sind mit der neuen Zeitungs-Sucht behaftet. Quotidie nova querere, nova audire, nova referre gestiunt. Et hoc vitio omnis generis status & conditionis homines laborare videmus. Ipsos 13. etiā Rusticellos nonnunquam vel legere novellas, vel legentibus, 4. studiosè auscultare videoas. Quin nonnulli adeo anxiè curio-

Si ac avidi novellarū, ut eas & in templis inter sacra, in curiis in-
ter graviores occupationes legere vel audire non vereantur. Vix
pedem ex domo extulēre, occursantes quærere solent, quid novi?
15. quid novi? Mira sanè, ac vanissima res est, homines adeò cupidos
esse, legere vel audire *nova*, cum plerumque *Novellæ* tristia, hor-
renda, impia & abominanda, nonnunquam etiam falsa, refe-
rant. Rarissimè verò aliquid, quod verum gaudium ac delecta-
tionem in Christiano pectore excitare possit, continere soleant.
Sed hic mos est præsentis seculi.

VII.

16. Hæc autem seculi hujus vanitas incrementum videtur
accepisse superiore tempore tricennalis belli Germanici, quo
quotidiè de militum transitibus, urbium oppugnationibus &
expugnationibus, cladibus, victoriis, nova referebantur, spar-
sique rumores aliis augebantur.

17. Curiositatem etiam hominum in hâc re excitat ac non pa-
rùm promovet ars Typographica, quippe quâ mediante No-
18. vellæ typo impressæ facilius inter homines sparguntur. Cùm
enim olim paucis Novellas scriptas legere concederetur, hodiè
in tanto exemplarium impressorum numero, illæ in omnium
manibus esse possunt, cumprimis, quòd hodiè in variis lin-
guis, Germanica scilicet, Gallicâ, Latinâ, Belgicâ &c. imprimi
soleant.

C A P U T II.

Nimiam curiositatem hominum in legendis & audiendis Novellis vitio non carere, docetur.

I.

1. Quid verò judicandum de hominum quorundam anxiâ
curiositate in legendis & audiendis novis? anne laude
vel vituperio digna?

2. Conditio hominum distinguenda; sunt illi vel per-
sonæ publicæ vel privatæ: Publicæ, ut Principes, publicæ rei ad-
ministratores, magistratus &c,

His

His omnino officii ratione incumbit, sedulò inquirere, ac nosse, quid in publicis rebus alibi, cumprimis in viciniâ gestum sit, ut imminens fortè ex re novâ periculum vel damnum tempestivè præcavere, vel avertere possint; cumprimis autem tempore belli publicè interest adcuratam rerum, quæ alibi ab hostibus vel vicinis fiunt, ac geruntur, notitiam habere, nec falsis rumoribus decipi. Illi Principes non dicuntur Politici (ait Besoldus Thesaur. Pract. verb. neue Zeitungen /) die nicht gewisse Zeitungen haben/sonderlich daran ihnen/ auch ihrem Land und Leuten/viel gelegen.

II.

Quod autem privatas personas attinet, earum nimia curiositas, ut in aliis, ita etiam hâc in re omnino vitiosa est, ac justam reprehensionem meretur. Privati & cives (iterum scribit Besoldus cit. loc.) non sint nimium novitatum cupidi, ne audire cogantur hosce versiculos:

Cura viris levibus rerum solet esse novarum:

Cura viris gravibus rerum solet esse suarum.

Manifestè hanc curiositatem hominum peccaminosam esse docet Richardus Baxter, Theologus Anglus, in Tract. de abnegatione sui cap. 31. ubi inter alia scribit: Neue eitele Zeitungen/ die Bekümmernissen umb anderer Leute Geschäfte ic. muß verleugnet werden. Denn die fleischliche Lust / die viele Leute haben darinnen / daß sie gern was neues hören und können reden/ und anhören mit Lust andere Leute Sachen / die ihnen doch nichts angehen / dasselbe ist sündlich / weil dadurch viel Zeit verdorben / wichtigere Dinge / daß unsere Zeit uns gegeben / und da wir uns umb zu bekümmern haben/ versäumet werden. Dieses war der Athenienser ihr Laster / Act. 17. v. 21. Add. Joh. Penon. Anglus eleg. Tract. von Kaufmanschafft der Zeit.

III.

Quid verò de Viris Ecclesiasticis dicendum? Sanè Henricus Suso, in Con. Dominic. IV. Adventus, quæ inter conciones Joannis Tauleri legitur, cupiditatem nova audiendi in eis improbat: Es ist warhaftig eine Schande/ (ait ille) daß auch Geistliche mit der neuen Zeitungs-Sucht geplaget seyn/welche sich billich solten schä-

schämen zu hören / oder zu fragen / nach solchen fliegenden Zeitungen.
Denn was gehet sie es an / und was treibet sie zu wissen / was in der
Welt umb und umb getrieben/und gehandelt wird.

C A P U T III.

*In evulgandis Novellis cautè procedendum esse,
adseritur.*

I.

1. **N**ovellarum sparsiones non semper sunt vanitates. Sed
interdum arcana Politica Besold. *Theſ. præt. verb. neue*
2. *Zeitungen : vel stratagemata bellica. Multi enim ex-*
indem mentem & animi intimos recessus expiscari so-
lent ac possunt. Besold. d. l. Sparguntur nonnunquam vi-
3. *ctoria, deprimitur pars adversa ; finguntur clades ad vulgum,*
dementandum , ut is huic vel illi parti faveat. Quantum au-
tem eiusmodi fictis novellis sxpè efficiatur , experientia hacte-
4. *nus docuit. Refert Besoldus d. loc. Es habe post cladem Juren-*
sem der Duc de Mayne die victoriam , welche doch ex adversâ par-
te gewesen / ihm attribuiret / und zugeschrieben / sagend : Ein ſolch
mendacium, wenn man es auff wenig Tage beharren könne
ſey viel taufend Gülden werth. Exempla varia , quæ hanc
5. *rem confirmant, rerum bellicarum scriptores, cum primis Guic-*
ciardinus, Jovius, Meteranus, Thuanus & alii passim sugge-
runt.

II.

5. Cum ita sit , omnino publicè interest , Novellarum sparsio-
nem & evulgationem promiscuam in Republica non permitti.
6. Quemadmodum prudentiores Principes eam pro re natâ vel
planè prohibere vel certis modis restringere solent. Cura enim
hæc ad Principes spectat , quippe quorum officio præprimis
incumbit , omnibus modis præcavere , ne quid Respublica de-
trimenti capiat. Ad legalia jus prohibendi vel permittendi
7. Novellarum evulgationem retulimus , in Addit. novis ad Limnei
Jus Public. lib. 4. cap. 8. n. 267. Bœclerus Notit. Imper. Germ. libr. 4.
cap.

cap. i. videtur Jus Zeitungen zu verbieten / ad jus postarum,
referre.

Unde in quibusdam locis novellæ , sub censurâ publicâ 8.
evulgantur, rejectis iis, quæ vel dubia, vel suspecta, vel quæ sup-
pressionem potius, quam divulgationem mereri videntur.

C A P U T IV.

Novellis non temerè credendum esse.

I.

Cum curioso hoc & martiali seculo omnes fere anguli no- 1.
vellarum sparsionibus pleni sint , multi sàpè eis misérè
decipiuntur ; illi cum primis , qui quasvis relationes pro
veris accipiunt , & in audiendis rebus novis anxii sunt.
Hosce autem quandoque falsis narrationibus ludibrio exponi , 2.
non inconveniens videtur , ut dediscant temeritatem in quæ-
rendis, audiendis & credendis novellis.

II.

Sapientiores autem επιχαρεῖον illud: Non temerè credere, sem- 3.
per observant , ut M. Tullium Fratrem monet Q. Cicero , de pe-
tit. Consulatus. Idem facile dignoscunt , quæ ficta , falsa & 4.
inania , & quæ fidem aliquam merentur. Nonnunquam enim
typo impressis inseruntur ejusmodi res novæ , quarum falsitas
& absurditas sagacioribus est apertissima.

III.

Reperiuntur hodiè non pauci , quibus volupe est, novel- 5.
las fingere , eisque hinc inde sparsis homines , simpliciores
cum primis, decipere. Peccant autem eiusmodi novellifices & 6.
spermologi non leviter contra D E U M , contra Remp. & con-
tra proximum. *Contra D E U M*, quippe qui veritatem amat , 7.
& mendacia execratur. Vid. Lev. 19. v. 11. Prov. 19. v. 5. Eph.
5. v. 25. *deponentes mendacium* (inquit S. Apostolus) *loquimini*
veritatem unusquisque cum proximo suo , quoniam sumus invicem
membra. Coloss. 3. v. 9. Prov. 13. v. 5. Sir. c. 20, 2. 26, 27. Sap. 1. v. 2.

B

Con-

8. *Contra Rempublicam*, quam , ut experientia docet, spar-
sione Novellarum fictarum non raro in periculum & perniciem
9. conjiciunt. *Contra Proximum*, quem ludificant, eumque vel
tristibus Novellis turbant, vel latioribus vanâ spe lactant. Est
10. certè pessimum hoc vitium, quod tamen provitio non agnoscitur,
hodiè inter homines frequentissimum, de quo etiam justè
conqueritur D. Arnoldus Mengering *Scrutin.* *Conscient.* cap. 12.
11. quæst. 44. ubi ita scribit: Frage dich nach den Achten Geboth / ob du mit
avisen und neuen Zeitungen weidlich ins Land gelogen / etwas vor Gewiss
und Warhaftig ausgebreitet und spargiret / das doch alles erstunken
und erlogen gewesen? so sind manche gesinnet / und thuns auch bishweilen
wol Edelleute / die haltens vor eine grosse Ehre / wann sie einem so einer
Nase drehen / oder Muschen machen können. Oder es bilden sich solche
Phantasten was ein / und wiesie gern wolten / daß es wäre / so dürften sie es
vorbringen und aufgeben; welcherley Lügen - Handwerk heut zu Tage
sehr gemein / und von niemand für Sünde und Unrecht vil erz-
Eant werden. Hæc Theologus ille,

IV.

12. Non tantum autem peccant ipsi Novellarum artifices, sed
& earum disseminatores, quando scientes hanc vel illam rela-
tionem esse falsam, vel valde dubiam, pro certâ tamen ac ve-
13. rissimâ aliis venditant. Nec in de excusantur: *Mundum velle de-*
cipi: quemlibet suæ credulitati imputare debere, si falsis narrationibus
14. ab alio deceptus fuerit. In foro namq; conscientiæ ejusmodi excu-
sationes minimè valent. Sermones otiosi Christianis fugiendi,
quippe de quibus reddenda Deo ratio. Veritas dicenda, vitanda
omnino mendacia & falsiloquia, & quæ ad ædificationem
proximi minime faciunt, omittenda.

C A.

C A P U T V.

*De pœnâ eorum, qui vel Novellas fingunt, vel fictitias
bincinde spargunt.*

I.

Agendum nunc est de pœnâ, quam merentur impostores, qui Novellas, decipiendorum hominum gratiâ, fingunt, vel ab alio confictas dolosè spargunt. Crimen, quod falsarum Novellarum architecti committunt, 1. dici potest STELLIONATUS. Est enim, juxta Taborium, *dissert. de crimine Stellionatus thes. s.* crimen extraordinarium, generale, & in subsidium, quoties speciale nomen deficit, appellatum, quô impostores subdolè & malitiosè aliquid alterius fraudandi causâ, machinantur. Videatur idem Auctor *d. loc. ubi* notabile exemplum imposturæ, & super ea responsum Juridicum, adducit. 2. Stellionatus

II.

Pœna autem ejusmodi imposturæ est arbitraria & extra- 3. ordinaria, pro qualitate scilicet circumstantiarum carcer, relegatio, vel fustigatio; Cum primis quando Novellarum spar- fione turbata civitas, aut alia incommoda, ut quandoque fit, ex eâ enascantur. Videndum etiam maxime est, quô animo 4. & intentione quis Novellas finxerit, an ex merâ vanitate, an in gratiam huius vel illius, à quo lucrum vel commodum aliquod sperat, quô casu graviorem coercitionem stellio me- retur.

III.

Præterea extraordinariam coercitionem merentur illi, qui 5. mendacia & figmenta scientes volentes evulgant & spar- gunt. Nam & illi in numero stellionum & impostorum ha- bentur.

IV.

Quid verò si quis contra solennem Principis vel magistra- 6. tus prohibitionem evulgaverit ea, quæ verè in civitate gesta sunt?

QH 11a 458


sunt? Is eâ pœnâ plectendus, quam magistratus in violatores
mandati constituit: si verò certa pœnæ species non fuerit man-
dato inserta, arbitria locum habebit; quæ quandoque ad ca-
pitalem usque extendi potest, v. g. si quis hosti cum pe-
riculo Reipublicæ prodiderit ea, quæ in civi-
tate gesta sunt.

T A N T U M.

**Omnia ad DEI gloriam & proximi
ædificationem.**



ULB Halle
002 695 170



3

VDT





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-3396-p0016-5

DFG

